



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

Adhuc de locatione, scilicet an ratione fertilitatis augenda sit eius pensio,  
& quia quando casu fortuito, vel culpa sua, vel conductoris locator operum  
omisit operari, & de quæstione celebri, an ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

lucris, quam damni, itaque conductor tunc diuidit cum domino rei locatæ lucrum, aut damnum, id est tunc non fiet remissio vt bene notat glossa in dicto cap. propter fertilitatem, & secundum Ioan. And. & Panorm. in dicto cap. propter.

¶ Sed neque in pensionibus rerum, quæ in longum tempus in decem vel plures annos, aut in vnam, vel plures vitas conducuntur, & locantur habet exceptionem loci fertilitatis, quia tunc remissio locum non habet neque locator pensionem solitam sibi dari remittere teneretur, etiam si maior pars rei sic ad longum tempus locatæ pereat nisi

*v l i. C. de iure emphyteu.*  
 casu fortuito modo non tota pereat. Hoc autem verum est in casu dumtaxat vbi modica pensio exsoluitur potius ad recognitionem dominij directi, quam ad solutionem fructuum, quando vero tanta esset pensio exoluenda quæ fructibus responderet, id est quando tantundem soluitur, quam si ad modicum tempus conduceretur, tunc in hoc casu secus esset, quia hic prædicta remissio pensionis facienda veniret, & huius ratio est, quia hic emphyteuta siue conductor non tam soluit pensionem ad recognitionem dominij directi, quam ad fructuum compensationem iuxta communem opinionem, quam vt citat Nauarrus, sequitur Ias. in l. i. C. de iure emphyt. num. 2.

*x Syluest. verbo Locatio. q. 13.*  
 ¶ Tertio vt diximus non habet locum remissio propter fertilitatem, quando secundum Syluest. fertilitas ex vitio, aut tenuitate agri venit, in quo multa copia graminis sementem suffocans pullulat, quia hoc vitio, & incuria agricolæ non repurgantis agrum ab herbis, & zizanij præscribendum venit.

¶ *Adhuc de locatione, scilicet an ratione fertilitatis augenda sit eius pensio, & quia quando casu fortuito, vel culpa sua, vel conductoris locator operum omisit operari, & de questione celebri, an liceat locare gregem ovium cum conditione, vt ex fructibus reddatur integer.*

## CAP. L.

**H**anc locationis prosequendo materiam querendum contrario nobis superest, an si fertilitas augetur, pensio prouentus, aut locationis sit augenda, & videtur quod

quod sic à contrario sensu. Nam si propter sterilitatem pensio venit remittenda, quare propter fertilitatem contingentem non erit augenda. ¶ Igitur pro illucidatione questionis sit assertum primum, scilicet, quod pensiones proventus, aut locationis non sunt augenda, ex eo quod fructus ad maiorem valorem perueniant, aut propter hoc, quod per industriam coloni conductoris in maiorem copiam excreuerint, quia id suæ industrie debetur, quia sua industria non debet ei damno esse, sicut neque etiam non est augenda pensio, quando fertilitas ex fecunditate agri euenit sicut etiam econtra non fieret remissio propter negligentiam coloni, vel si parum valerent fru-

a l. ex conducto. ff. eod. tit.

¶ Secundum assertum sit si fertilitas augeatur casu fortuito, vt si quia alia molendina sunt destructa, ideo molendinum meum tibi locatum, plus tibi fructificat, tenentis augere mihi pensionem locationis pro rata aucti fructus, vnde si in hoc casu ex molendino conductor, quinquaginta percipere solebat, & quia reliqua molendina vicina destructa sunt, hoc anno centum percepit pro rata pensio augeri debet: sicut etiam pensio ob sterilitatem casu fortuito euenientē diminui solet quia contrarium eadem est disciplina.

Qd. i. b Huius sententia cōmuni est Astens. c. hospitoli. 32. l. i. de his qui sunt sui vel alie ni iuris. gl. in l. si merces. ff. eod. Penormit. in cap. propter. c. Syl. na, capitulo decimo septimo, numero 198. Nam Nauarrus sine limitatione & absolute ait diarium persoluedum esse operario conducto, etiam si casu fortuito contingat ex parte personæ conductoris operari omisit. At Syluester loco citato, ait hoc esse verum absolute in foro exteriori: sed in conscientia non esse verum quod conductor casu fortuito impeditus, operario ob id omittere stipendium solucere teneatur, nisi quando talis operarius conductus, quando conductus fuit, si ille cum non conduxisset, diarium, id est stipendium diurnum alibi reperisset & quidquid dicat Nauarrus de hac limitatione quod non

in l. si merces. ff. eod. Penormit. in cap. propter. c. Syl. na, capitulo decimo septimo, numero 198. Nam Nauarrus sine limitatione & absolute ait diarium persoluedum esse operario conducto, etiam si casu fortuito contingat ex parte personæ conductoris operari omisit. At Syluester loco citato, ait hoc esse verum absolute in foro exteriori: sed in conscientia non esse verum quod conductor casu fortuito impeditus, operario ob id omittere stipendium solucere teneatur, nisi quando talis operarius conductus, quando conductus fuit, si ille cum non conduxisset, diarium, id est stipendium diurnum alibi reperisset & quidquid dicat Nauarrus de hac limitatione quod non

c ff. lo. at l. sed adde. §. cum quidam. c. l. si vno. §. cum quidam ff. eod.

non videtur sibi iure probari, & quidquid sit de foro exteriori, tamen in foro conscientiae aequa talis limitatio Syluest. videtur propter rationes superius à me allatas in quaestione de commodante patiente tantundem damni ante tempus repente commodatum à patiente etiam damnum, & ratio potissima, quae mihi opinionem Syluestri persuadet, est, quia restitutio in conscientia, & solutio ordinantur ad compensandum damnum, scilicet ad compensandum secundum Diuum Thomam, id minus quod quis habet de eo quod debebat habere, sed fit est quod talis locator tempore quo conductus est, si ille non conduxisset eum, nihil erat lucraturus, quia ut supponimus cum Syluestro stipendium in alio loco non reperisset. Ergo in hoc casu nihil minus habet ex eo, quod debebat habere, ergo nihil à conductore casu fortuito impedito in conscientia est sibi restituendum. Secus secundum Syluestrum si in alio loco stipendium reperisset, quia

*d. arg. l. f. ff. ad leg. Rhod. de iactu. d.*

*l. sed addo. § cum qui dam.*

*e. l. si nro. ff. locat. §. Item cum quidam.*

Q. 3.

*l. Syluester verbo, Locatio. §. 2.*

*g. l. pecunia. in princip. ff. de cond. ob cau.*

tunc sibi suum soluetur in hoc casu stipendium. Sicut etiam stipendium soluendum venit ei, si ipse paratus est ad praestandas operas, quas locauit, si culpa, vel dolo conductoris eas non praestaret.

¶ Sed quid si per locatorem, id est per operarium stetit quo minus operas conductori praestaret. ¶ Ad id dubij respondetur, primo cum Nauarro cap. 197. num. 17. quod si operarius promisit pro diario, pro altero laboraturum, & dolo, aut culpa sua id non praestitit tenetur damnum conductori, ob id acceptum restituere.

¶ Secundo dicimus cum Syluestro, quod si talis locator operum casu fortuito, & non culpa sua fuit impeditus remittitur tunc pensio pretij, seu stipendij, pro rata temporis quo fuit sic impeditus, & neque tenetur ad interesse.

¶ Sed quid si iste locator casu fortuito, sine culpa sua impeditus iam inchoato opere, fecisset aliquas expensas ad se preparandum, & casu fortuito impediatur? ¶ Respondet Syluester, quod reperet illas expensas quas fecit propter hoc, à conductore, & de eo qui parauerat se ad locum, & fuit impeditus tempestate, & licet dictum sit quod remittitur pensio quando stat. per locatorem impeditum casu fortuito quominus operas locatas praestaret, tamen hoc

men hoc non habere locum in aduocato ait Syluester, quia non reperitur salarium acceptum ab hæredibus aduocati eo moriente. l. i. ff. de va. & extraord. cogen. ¶ Idē quoque de habentibus officium publicum dicendum est quod de aduocato. l. laboribus. §. de illo. ff. de usufructu. & l. diem functo. ff. loc. & l. diem functo. ff. de offi. asse. nem fauore libertatis. l. cum hæres. §. Itichus. ff. de stat. lib. & sic tene, nisi cōsuetudo aliter haberet. Vide Syluestrum verb. familia. §. 2.

Q6. 4.

¶ Sed quoniam singula notatu digna, quæ inter doctores sparsa reperiuntur, hic congerere decreuimus: iam de illa quæstione ad hanc materiam pertinēte, cuius meminuit Merina, h memuisse quoque nos oportet, an qui locat boues, mulas, oues, possit obligare conductores ad reddendum boues, vel animalia sic locata sana.

*h Matina instr. Conse. fol. 149. de contra. lib. socie. tati. §. 27.*

¶ Merina igitur censet circa hanc quæstionem; quia de natura locationis est, quod res locata locatori, (quia dominus eius est) pereat, & non conductori, quando in culpa leui eius deteriorationis, aut interitus nō fuit, idē si locator conductorem agricolam velit obligare ad animalia illi locata libera & sana reddenda vsuram committit, quia in hoc casu conductor agricola nihil pro interitu sine culpa, tenetur restituere, & sic puto tenendum esse. Licet Sorus in de iusticia, & iure videatur insinuare oppositum dicens eum qui locat equum, & timet maxime vexandum à conductore posse pacisci cum illo: vt sibi reddat eum sanum, quod ego satis securum esse non puto: nisi in casu forte quo æquiualeuter ad assurancementum equi locati, quam conductorem cogit subire diminueret de pretio locationis equi, casu quo verisimiliter timeret equum valde vexandum in itinere, vel occidendum.

Q6. 5.

¶ Hinc iam patet quid sit dicendum ad illam quæstionem: quæ frater Iosephus in suis floribus Theologiæ proponit vbi agit de vsura ratione locationis, vbi quærit an liceat alteri locare iumenta, aut boues sub ista forma, accipe bouem conductum à te ad colendum agrum quatuor ducatis: hæc lege, & conditione vt alium bouē eiusdem aratis, cuius est modo hic, reddas: audacter ait, & bene esse hunc contractum absque dubio vsurarium. Quia tales negotiatores Hispanicè *renoueyos* vocantur quia  
II. Pars. F.L. Lopez instr. Conse. vltima



ultra sortem petunt bouum renouationem. Vnde iste contractus æquiualeat mutui contractui, quia perinde est ac si diceret accipe bouem mutuatum, vt alium maioris pretij, ac valoris reddas, quia cum bos laborando moderate locatori deberet deteriorari, & perire, si periisset, id periculi appretiabile pretio conductorem facit subire.

Q. 6. ¶ Præterea hic iam de illa quæstione de qua rogatus sum ab amico in noua Hispania: respondere cogor, quia frequens est contractus in noua Hispania, vtum liceat locare oues, vel capras eo pacto, ac lege, vt conductor earum soluat tantam pensionem, & ultra hoc se obliget ad illum numerum ouium sibi locatarum sustentandum, suppleendumque, & reficiendum ex fructibus & fetibus ouium, si forte aliquæ de illo numero interierint: taliter quod tot oues renouatæ locatori reddantur etiam si perierint quot tradidit in locatione, ultra annuam pensionem locationis. Et quidem Metina hunc contractum videtur damnare, quia expresse meminit ibi de locatione ouium fructificantium: quas in locatione periculo locatoris & domini locandas esse ait: alias esse vsuram. At in contractu hoc in noua Hispania valde recepto oues locatæ non pereunt domino, & locatori: sed potius conductor, qui ex fructibus & fetibus nascentibus, qui ratione locationis sibi debentur obligatur eas reficere eumque numerum integrum, & sanum reddere, sed prædictus mihi familiaris licet damnaret hunc contractum in locatione bouum, quia non fructificant, sed aiebat posse sustineri in locatione ouium, quia fructificant, ac per consequens numerus ouium in parte deficiens inde poterat suppleri. Sed in contrarium est quod cum isti fructus conductori ouium ratione pretij, quod pendit pro conductione sint debiti, si ex debito sibi fructibus cogitur reficere numerum ouium perentium: iam oues locatæ non domino locanti eas: sed conductori earum perirent, quod est contra naturam contractus locationis, vbi res locatæ nisi intercedat leuis culpa conductoris, locanti domino pereunt, sed ex alia parte durum esse videtur damnare contractum hunc, tam toleratum ac vsu receptum in noua Hispania inter religiosos etiam.

¶ Igitur licet non adeo liqueat quid sit dicendum, & quomodo

quomodo contractus hic possit saluari, tentabo tamen circa hoc meam sententiam saluorum qui me docere possunt meliori iudicio dicere.

¶ Dico igitur primo quod si re vera, ita in hoc contractu eueniret, quod tam magna pensio exigeretur à conductore pro locatis ouibus, quod talis pensio æquiualeat fructibus, & fætibus ex ouibus à conductore percipiendis, tunc parenter esset iniustus contractus: vbi vltra pensioem conductor astringeretur sanum & incolumem reddere sic locatum numerum, illum supplendo, & reficiendo, ex fætibus sibi pro locatione iusti pretij debitis & hoc probant sufficienter rationes pro hoc factæ, & hoc est quod voluit insinuare Metina dum damnat hunc contractum.

¶ Secundo dico directe ad contractum qui dicitur vsu receptus in noua Hispania, quod non potest sustineri in conscientia: nisi forte locans oues tantum remittat de pretio pensionis pro locatione soluendæ sibi à conductore, quàm iuste alias posset plus exigere, ita quod talis pars sic remissa æquiualeat oneri, & grauamini, quod conductor sponte, & voluntarie se offert subire, scilicet asselandi numerum ouium sibi locatarum, earum pereuntium numerum ex fætibus sibi nascentibus supplendo. Quia hic non videtur intercedere inæqualitas, nec volentis sic contrahere fit iniuria. Nam si iniuria aliqua hic interueniret esset ratione obligationis sibi impostæ supplementum numerum pereuntium ouium. Sed hæc obligatio cum sit extimabilis pretio recte sibi recompensatur vt supponimus per extenuationem pretij iusti maioris, quod pro locatione tali poterat alias exigere iuste à locante, si id obligationis, & grauaminis conductori non imponeret, sicut dicunt aliqui doctores licere alicui mutare vt iusto pretio mutuarius molat suum criticum in suo molendino, scilicet mutantis, si aliquid de pretio molituræ, si demat pro illa obligatione, qua se obligat mutuarius vltro se offerens ad molendum in molendino mutantis, sic in prædicto casu dicunt aliqui euenire, scilicet quod si ad id non obligarent domini conductorem longe plus pretij iusti pro locatione ouium possent iuste exigere, quod an ita sit ipsi viderint.

Nam arbitrio bonorum virorum, & prudentum, exper-  
torumque hoc est librandum.

**Q. 7.** ¶ Ad hæc & alium casum ibi supradicto loco folio. 49.  
adducit Metina vbi dubitatur inquit, an si veniat qui-  
piam agricola egestate oppressus ad me vt locem sibi bo-  
uem, quo quidem boue ego careo, An possim ei erogare  
20. aureos dicēs: En tibi do bouē, quia do tibi. 10. aureos,  
quibus possis eum emere, verum tamen daturus est mihi  
tantum duos aureos pro locatione bouis, reddēsque mi-  
hi post locationis tempus, horum. 20. aureorum capitale  
saluum. An iste contractus liceat.

¶ Solutio est in prociectu, quod nullatenus licet, quia  
non vacat magna vsura, quia hic neque talis bos suppe-  
tit locanti eum, neque agricola eum emit, vel si agricola  
ex. 20. aureis prædictis eum emerit obligat agricolam ta-  
liter contrahens, vt agricola eum reddat sanum, ac prin-  
de accidit in hoc contractu, ac si contrahens mutuaret,  
vel diceret: En tibi mutuo. 20. aureos & pro eorum mu-  
tuatione, daturus est tantum, quod vsura est patens.

**Q. 8.** ¶ Ultra hæc contingit circa hæc materiam dubitari  
conductor possit alteri rem sibi conductam locare, ad hoc  
respondet Panormitanus, quod potest quidem con-  
ductor rem à se conductam alteri locare, nisi in duobus ca-  
sibus, primo nisi aliud sit conuentum inter locatorem, &  
conductorem, secundo nisi propter hoc alteri fiat præ-  
iudicium, vt si personæ inhonestæ, vel insolenti locaretur,  
vel inuitis sociis secundum communem opinionem.

*i Panorm  
in c. inter  
dilectos, de  
fide instru-  
men. & ha-  
betur etiã.  
i. nemo. C.  
locati.*

**Q. 9.** ¶ Interferi hic solet & quæstio hæc quæ vsu accidere  
potest, an domus propinqua alicui magistro, vel lectori  
possit locari alteri huiusmodi lectori in suo officio im-  
pedienti, & videtur quod sic: quia quisque potest vt iure  
sux domus eam locando, cui vult. Breuiter igitur ad quæ-  
stionem responsum accipito, quod in tali casu domus  
propinqua non potest locari alteri impedienti puta fabro  
ferrario vel alteri lectori, ita vt inuitem voces confu-  
dantur, & si sic fieret prior inquilinus posset alium expel-  
lere, sed dico in arbitrio iudicis est iudicare quis talium  
inquilinorum sit expellendus consideratis circumstantiis  
& his quæ ad æquitatem pertinent & hoc est æquius.

*k l. Vnica  
C. de stud.  
Vrb. Rom.  
& cap. pri-  
dem. 15. q.  
2. Bar. l. 1.  
ff. sol. ma-  
xim.*